Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

laudant · eciam qd̄ reprobare debuerant · Seductus ab hys que
infra supponunt, sup se animq tollit · et dum foras immenso
fauore circumdat · intus virtute vacuat · atq oblitus sui in
rebus se spargit alienas · dumq se credit · qualem se foris au
dit non qualem intus discernere debuit · subiectos despicit
eosq equales sibi natuē ordine non cognoscit · et quos sorte prat
excesserit · transcendere se eciam vite meritis credit · cuius se
estimat amplius sapere · quibus se videt amplius posse ·
In quodam quippe se constituit culmine caput semetipsum · et
qui equa ceteris nature conditione constringit · eos equo
ceteros respicere dedignat · Sicq vsq ad eius similitudinem
ducit · de quo scriptum est · Omne sublime videt · et
ipse est rex super vniuersos filios superbie · Qui singulare
culmen appetens · et socialem vitam angliorum despicies ait ·
Ponam sedem meam ad aquilonem · et ero similis altissimo
Vnde ergo iudicio intus foueam draconis inuenit · dum
foris se in culmine prelatis extollit · Ipse prelate angelo quippe similis
efficitur · dum homo hominibus esse similis dedignatur · Sic
saul post humilitatis meritum in tumorem superbie culmine
prelatus extrenuit · Per humilitatem quippe prelatus est · per
superbiam reprobatus · dno attestante qui ait · Nonne tu
esses paruulus in oculis tuis · caput te constitui in tribubus israel ·
Paruulum se in suis oculis prius viderat · Sed postquam tali po
tentia iam se paruulum non videbat · Ceteros namq contemnens
se preferens · quia plus cuiuis poterat · magnum se pre omnibus
estimabat · Vnde autem modo cum apud se paruulus · apud
deum magnus · cum vero apud se magnus apparuit · apud deum
paruulus fuit · Plerq ergo dum ex subiectorum affluencia animq
inflatur · in fluxum superbie ipso potentie fastigio leuiuante
corruunt · Quam vis potenciam bene rexit · qui et tenere illa
nouerit et impugnare · bene hanc rexit qui fuit per illam
super culpas erectus · fuit cum illa ceteris equalitate compositus ·
Humana etenim mens plerq extollit · eciam cum nulla prelatione
fulcit · quatomagis in altum se erigit · cum se ei eciam prelatio
adiungit · Qua prelatem in rete dispensat · qui sollicite nouit ·
et sumere ex illa qd̄ adiuuat · et ex pugnare qd̄ tentat · et